

cem tabellariorum ad Delphenses præstitisse, ad cuius rei
 memoriam exuvias COLUMBAE in curia diu referunt as-
 servatas. Dietericus *Antiquitatum Biblicarum part. 3 p. 55. Cl.*
 Constant. L. Empereur in *בבא קמא* s. de *Legibus Ebraeo-*
rum forensibus lib. singulari p. 183. In ipso quoque Jure Judaico,
 inter illos, qui testium vices sustinere nequeunt, referun-
 tur *מפריחי יוני* qui columbas assvescunt ad volatum, ut-
 pote quoniam *למה מתעסקים בשיבו שר עולם* non in-
 cumbunt rebus, quæ ad firmitudinem secuti, i. e. quæ bonum pub-
 licum seu vitæ humanæ commodum spectant. Gema-
 ra Babylonia; Qui columbas, inquit, volare faciebat, fuere qui
להלחם הרגונו אותן על זרע excitant eas ad certamen mu-
 tuum. Consulatur Cl. Seldenus de *Ritibus ac consuetud. vet.*
Ebraorum, celebr. Scalig. annot. 1. 5. ad illa Manilii verba: *Vo-*
lucres ad jussa paratas: Cl. Casaubonus in *Athen. l. 9. c. 11.* Xe-
 nophon *l. 1. expeditionis Cyri*, & Frontinus *l. 3. c. 13.* prolixius
 de Columbis Internunciis differentes. Celebris præterea in
 Misna Talmud. & alibi mentio *הררסיות* de quibus,
 quales COLUMBAE fuerint, a Commentatoribus inquisi-
 tum, Raschi (quem *פרשנתא* s. *Interpretem Legis* secun-
 dum excellentiam vocant Rabbini) exposuit *לגרו עם בני*
אדם שירבו s. *per columbas domesticas, quæ educari solent cum ho-*
minibus. At rectius Rambam & Barterona dictas COLUM-
 BAS *הררסיות* statuunt *על שם הרורוס* a nomine Herodis,
 quibus adstipulatur in Gemara *R. Chira*, ubi & memoratur,
 quod *edoctæ fuerint acclamare Herod* *קירי קירי* h. e. *Kúrie Kúrie*
Domine Domine: addunt fabellam: unam illarum aliquando
 pro *קירי קירי* exclamavisse *כירי* *Dominus est servus*, & hac
 de causa, fuisse jugulatam. Sane ab Herode adductas COLUM-
 BAS, easdemque peculiariter educatas & edoctas, quæ ab Herode
 denominatæ sunt *הררוסיות* Herodiane, nec Baal Aruch tacuit,
 ut hallucinatus vehementer in expositione Herodianorum
 illo-